OLAI
PERA.
us III.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. de Multipraesentia Rei finitae.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Enunciatorum.
4. Pansophia liberalis Tabellis repraesentata.
5. Disquisitio Magnetica.
6. Tr. de Notitiis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana universa, duabus Exercitationibus comprehensa.

D. O. M. A.

PANSOPHIA LIBERALIS.

Tabellis succinctè ordinateq; comprehensa & repræsentatata.

Objecta disciplinarum liberalium omnium, Naturalium & Spiritualium, principalium & instrumentalium, adæquaté determinans, principia, media, fines, partes, & species distinctè assignans, Vt commodè summa disciplinæ hauriri, ordo perspici, decursus notari, & memoriæ Comprehensio ejus infigi possit.

Authore
HENRICO NICOLAI,
Ph. apud Gedanenses
Professore.

DANTISCI.
Ex Tygographeo GEORGII RHETII.
Anno post partum Virginis
M. DC. XLVI.

TRIGÆ

Nobilissimorum ac Spectatissimorum Virorum,

Dn. JOACHIMO SCHRADERO,
Dn. BENJAMINO Engelken/
Dn. CONSTANTINO GIESEN,

Patriciis Dantiscanis conspicuis, & Scabinis primariæ Civitatis dignissimis.

Dn. Amicis & fautoribus plurimùm observandis,
S. & felicitatem.

BReviculo ad Vos venio, Viri Nobilissimi & Spectatissimi, *Qui ampliora virtute promeriti estis.* Succinctas Liberalium habituum delineationes, tabellis Synopticè comprehensas, *faciem, objecta, summam, partes eorũ ordinatè repræsentantes, adduco. Intellectui, memoriæ, judicio, conducere potest, puncto rei vim vidisse, tenuisse, percurrisse. Diffusa in tædium abducere possunt: Et paratius sæpè sit, diffluere, quàm succingi, multis pauca, quàm paucis multa complecti. Quæ in arctum coguntur, brevitate capiunt, animumq; defigunt. Quem per diffusa non duxeris, facilius ad id, quò tendit, perveniet. Quicquid præcipies, esto brevis, monitum* Poetæ *est. Specula minuta, sed convexa, totum hominem exiguo orbe repræsentare videmus: Tabellæ universum disciplinæ genium uno obtutu pervidendum exhibent. Neq; omnia mole placent; Et in exiguis rebus gratia quandoq; est: Et pretio merent, non pondere. Brevitate inter seria Vos capi, præclareq; de literis æstimare, cum notum habeam, Nomina Vestra brevitati tabellarum præscribere, favori Vestro materiem commendare sustinui. Gratulari certè Virtuti Vestræ debui, quòd dudum præmia promerita, primitias Scabinatus honore in Vos collato nuper delibârit. Precari insuper, ut summus ille rerum Arbiter sibi id in gloriam, Vrbi in salutem, Vobis in ornamentũ & famam perpetuam diuturnè esse velit, ac virtutes vestras novis subinde emeritis munerare. B. V. Viri Amplissimi, Et scribentis animum, scripti argumentum, favore non indignum judicate. E Gymnasio nostro. 7. Cal. Majas. Anno 1646.*

Sp. N. V.

Addictissimus
HENRICUS NICOLAI,
Gym. Prof.

D. O. M. A.

Ad Panſophiam liberalem tabulis repræſentatam, INTRODUCTIO.

1.

OMnis cognitio humana *vel circa Cognoſcicile in Vniverſum* & aggregatum verſatur, illudque in omnibus ſuis diſciplinis aut ſcibilibus repræſentat, Vnde *Panſophia liberalis* exſurgit: *Vel* circa illud in genere & generaliſſimis ſpeciebus, unde *Gnoſtologia*: Vel certam ejus ſpeciem ſpecialiter repræſentat. *Ita ſcibile vel liberale eſt, Et hoc vel principale & reale*, Quod *vel ſupernaturale & ſpirituale eſt*, quod repræſentat *Theologia, vel Naturale & civile*. Hoc *vel primarium* & generale eſt, quod fundamentum reliquorum eſt, Vnde *Philoſophia*, in quâ *vel* prima Cognoſcendi principia ſiſtuntur, Vnde *Noologia* ſeu Intelligentia, Vel ſummus cognoſcēdi Cogitandiq; apex, Ens, Vnde *Metaphyſica*, vel Spiritus, Vnde *Pneumatica, vel* Corpus, Vnde *Phyſica, vel* quantitas menſurabilis eſt, Eaq; *vel* abſtracta, Vnde *Arithmetica & Poſometria ſ. Geometria, vel* Concreta *ſive* cum Corpore, unde *Geodæſia*, Sphærographia, Coſmographia, Aſtronomia, Aſtrologia, Chronologia, Geographia, Architectonica; ſive cum qualitate, Vnde *Optica*, Muſica, Statica: *Vel Actio humana* moraliter informabilis, Eaq; *vel* in communi, Vnde *Ethica, vel* Speciali, Vnde *Oeconomica, Politica, Scholaſtica, vel* Exemplari, Vnde *Hiſtorica*: *vel ſecundarium & ſpeciale*, qvod ex Philoſophiâ ut fundamento ductum eſt. Hoc *vel* Practicum juridicum eſt, *Vnde Iuriſprudentia, vel* Poëticum Medicum, Vnde *Medicina, vel* Mechanicum Mathematicum & ingeniarium, Vnde Mechanica Geometrica, Aſtronomica, Optica, Statica, &c. *Vel ſcibile liberale ſecundarium & inſtrumentale eſt.* Quod *vel* generale eſt, *ut Pædia* diſci-

disciplinaris, vel speciale, idq; *vel* necessarium, Vt Grammaticum, Lexicum, Logicum, Mnemonicum, Vnde *Grammatica, Lexica, Logica, Mnemonica: vel* voluptarium, ut Rhetoricum, Oratorium, Poëticum, Vnde *Rhetorica, Oratoria, Poëtica: Vel* deniq; scibile *illiberale est*, Quod etiam *vel* Necessarium est, Vt Sutorium, Sartorium, Pistorium, *vel* voluptarium, ut tonsorium, equestre, sericarium, lusorium. *Ex his objectis* ut basibus universa Cognitio humana deducitur, *his* ut fundamentis ac pedibus sustentatur, & *intra hæc* ut crepidines certas compingitur. Liberalis tamen cognitio prævalet, & sic inprimis liberali homini perlustranda, repræsentanda, & comparanda veniet.

2. *Cognitio humana liberalis liberali* homine digna, & liberaliter mentē perficiens, â Deo menti primi hominis concreata, animæ Christi congenita, â cœteris scrutando ac inquirendo comparanda, *duobus principijs* nititur, ad quæ exigenda, & ex quibus examinanda est, *Lumine Scripturæ & Naturæ*, seu specialis divinæ Revelationis Scripturâ hodiè comprehensæ, & rerum â Deo creatarum ac in Naturâ ostensarum, Ad quæ quod non quadrat, Vt non verum rejiciendum, quod quadrat, ut verum recipiendum & defendendum est.

3. *Lumen Naturæ* duobus medijs eruitur, λόγῳ καὶ πείρᾳ, Ratione & observatione. *Ratio* ex Causis proximis aut remotis ad causas, vel signis ad signata procedendo veritatem eruit ac repræsentat. *Observatio* experientiam certam & solidam pro veritate adducit.

4. *Lumen Scripturæ* legitimâ interpretatione educendum est, & requisitis eò facientibus. Qualia *Ars, Scopus, Historia, Scriptor quis, & Analogia, Crisis, Contextus, Series, Absurda cavere, Glossæ, Et circumstant quænam, & conjungere cuncta, Iusta sequela fiat, tandemq; paraphrasin adde*, & similia sunt, & in *Logicis* deducuntur.

5. Stu-

5. *Studiorum remoræ ex parte rerum sunt,* si non proportionata sint vitæ nostræ ob prolixitatem, ut eâ obtundamur, non ingenio ob difficultatem, ut eâ absorbeamur, non rebus ipsis ob aberrationem, ut eâ decipiamur, non usui vitæ ob alienitatem, ut eâ â legitimis abducamur, non Deo ipsi ob non subordinationem ad eum, ut summum scopum, ut ab eo decidamus, non cuncta eò conferamus. *Ex parte docentium & discentium* ingenii stupor & incapacitas, animi servitus & ad frivolam authoritatem alligatio, Vanitas, quà curiosa utilibus præferuntur, Et Confusio sunt, quâ sine ordine cuncta peraguntur, quibus non amotis nulla solida cognitio menti implantari potest.

6. *Media benè studendi* erunt, si, ut Deus omnia numero, pondere, & mensurâ creavit: sic nostra cognitio omnia *ad numeros* redigat, ut infinita certis gradibus comprehendantur: *Ad Pondera,* ut causarũ pondera ad veritatem sufficiẽter constituantur: *Et mensuram,* ut ordine, adæquatè, & commensuratâ proportione, tàm ad seipsum, quàm ad universum omnia repræsententur, nihil necessarii omittatur, nihil superflui adjiciatur. *Primum* Eruditionem universalem, *secundum* solidam, *tertium* distinctam & claram faciet.

7. *Tria* sunt, quibus cognitio humana maximè absolvitur, *DEI, Naturæ, & Artis* cognitio. Horum cognitio ut perfecta & vera sit, res sunt cognoscendæ, ut sunt, & ut distinctè cogitari, concipi, ac repræsentari possunt. Res verè cognoscitur, cum ut est aut facta est, cognoscitur, i. e. ad ideam suam, per quam esse potuit, quod est, redigitur. *Ars ideas* operum â Naturâ mutuatur; *Natura* â Deo, *DEUS* â seipso, qui perfectissima rerum omnium idea est, & mundum effingendo seipsum in proportione ac similitudine effigiavit, ut creatura Creatori proportionata esset.

8. *Cum de ideis divinæ mentis* creata participant, & inter se

parti-

participant, ac sic sibi omnia proportionata sunt. Nec enim Deus prorsus dissimile sibi creavit, nec prorsus simile creare voluit, sed proportionatum sibi, & ex parte dissimile. *Quæcunq;* ergò cognoscenda erunt, *harmoniæ, analogiæ, & proportionis* beneficio, ut per normam cognoscantur. *Proportio* virtutum *æternarum* in Deo, *Creatarum* in Naturâ, & *expressarum* in arte est. Divinæ harmoniæ imago est Natura, Naturæ imago ars est. In harmoniâ autem nihil debet esse dissonans, nihil non consonans. Varietas ejus ê paucis principiis certisq; differentiarum modis exsurgat, quibus cognitis omnia cognita sint. Et tales communes rerum rationes â rebus certis, constantibus, & obviis, quales Naturæ res sunt, per inductionem abstrahendæ sunt, ut experimenta fieri possint. *Res divinæ per se inscrutabiles sunt:* Cognoscuntur in tantum, in quantum per *Naturam* adumbrantur, aut vocem Dei *Scripturâ* contentam revelantur. *Ars* omnem certitudinem â naturâ habet; in seipsâ sæpè hallucinatur.

9. *Methodus & dispositio Cognoscendi erit,* ut omnium rerum exacta anatomia instituatur, vocabulorum certa & constantia significata adhibeantur, theoremata & Canones cum demonstrationib. suis post definitiones & divisiones apponantur, omnia perspicua, per se, semper & ubiq; vera sint, ac certi usus, *Particularia* generalium speciales deductiones sint, authoritates rarissimè aut planè non addantur, aut non curentur, nisi Dei. Vbi immota haberi nequeunt, probabilia sufficiant, in utramq; partem disceptentur, & dubitandi rationes assignentur. Res uno modo nonnisi semel tradatur, Ordine Naturali, Rebus discendis ac proponēdis accōmodato, Sensu proprio & clarissimo, breviter, solidè, & perspicuè. Quæ *Scriptura* de scibilibus habet, sedulò adducantur, verba, quib. habet, accuratè exponantur, & veritas sufficienter ac legitimè ostendatur. Fundamenta rerum con-

contrahantur, unde cœtera facilè explicentur. *Universaliter* omnia principia exæquentur, & ad periculosa bivia ac errores via præcludatur. Inter opposita etiam medium assumatur, qvo vera eluceant, ad harmoniam omnia coëant, inutiles rixæ desinant, & falsa dispareant. *Ita Pansophia rerum* adornata perceptu facilis, veritate solida, usu fructuosa futura est.

10. *Basis omnis Cognitionis est objectum.* Quòd si non datur, de nihilo cognitio dari non potest. Qualecunq; illud *objectum* sit, sive reale s. instrumentale; sive Theoreticum sive Practicum, sive ex utroq; conflatum, sive Naturale sive supernaturale. Et vulgò omnia scienda liberalia 4. *Disciplinis*, quas *facultates* appellant, velut quadrigis vehi creduntur, *Theologiâ, Philosophiâ, Jurisprudentiâ, & Medicinâ.* Hæ eruditorum vincula, & eruditionis ac rerum liberalium sciendarum vehicula sunt. *Intra has*, quicquid de rebus liberaliter scitur, stringitur, *per has* aliis communicatur, & liberal. sciendorum habitus animis insinuatur. *Instrumentalia tamen scibilia*, ut Grammatica, Logica, Rhetorica, *vel* peculiari circo includenda, non in totali Pansophiâ omittenda: *vel* ad Philosophiam, ut appendices & Instrumenta Philosophandi, referenda sunt. Quomodo & cœteris facultatibus ut instrumenta inservire possunt.

11. Priusquam ad singulas facultates descendatur, ordinis & distinctioris cognitionis ratio jubet generalem aliquem habitum, omnium specialium anteambulonem, quem *Gnostologiam* vocant, qui cognoscibile ut sic in generali suo esse & speciebus repræsentet, vel generalem aliquam *totius Pansophiæ*

libera-

liberalis repræſentationem, quæ cum Gnoſtologiâ aliquâ fermè coincidet, præmittere. Specialia n. diſtinctè ſciri nequeunt, niſi ante cognoſcantur generalia. Nec quid habitus Theologiæ aut Philoſophiæ ſit, diſtinctè ſcitur, niſi quid *habitus Cognoſcibilis aut Panſophia liberalis* in genere ſit, priùs diſtinctè ſciatur. Hæc ergò velut generales Cognoſcendi Introductores primis tabulis Cœteris habitibus Panſophicis præmittemus, & tùm ad ſpeciales facultates diſtinctè tabellis ſuis repræſentandas BONO CVM DEO procedemus.

LECTORI BENEVOLO S.

Accipe etiam, LECTOR BENEVOLE, breves has diſciplinarum liberalium ideas. Methodum ac lumen aliquod præferre poterunt, Vtcunq; amplitudini rerum non reſpondeant. Nec univerſa tabellis comprehendi debeat, ſed ſumma: Nec rerum moles ſynopſi exhauriri poteſt. Si DEUS vitam ac occaſiones miniſtraverit, alia, ampliusq; deducta, ſequi poterunt. His interea fruere, precibusq; apud DEum juvato, ac in melius & mitius, ut Chriſtianus, univerſa interpretare. B. V.

TOTIUS PANSOPHIÆ LIBERALIS

Generalis delineatio, Cujus Objectum est totum scibile liberale collectivè sumptum.

Pansophia liberalis *est habitus animi aggregatus, omnium liberalium sciendorum compagem totaliter comprehendens, & scibile humanum universum totaliter sumptum generaliter ac adæquatè in perfectionem hominis liberalem repræsentans.*

Objectum est scibile liberale universum, Cujus

- *Principia*
  - *Interna*
    - *Materialia, res omnes liberales scibiles.*
    - *Formalia, rerum istarum adæquata & accurata scibilitas.*
  - *Externa*
    - *Efficientia*
      - *Prima, DEVS.*
      - *Secunda,*
        - *Continens, Lumen Scripturæ & Naturæ.*
        - *Eruens, homo ingeniosus, Intellectus observans, inducens, experiens, distinctè repræsentans.*
    - *Finalia*
      - *Vltima, DEI gloria.*
      - *Propinqua, Totalis & liberalis hominis perfectio.*
- *Attributa*
  - *Primaria, Eminentia, Dignitas, Vtilitas, Necessitas, jucunditas, generalitas.*
  - *Secundaria, Diversitas â scibili illiberali, divino in DEO residente, & ab humano scibili differente.*
- *Species*
  - *Principale seu Reale*
    - *Supernaturale, Theologicum,*
      - *Theoreticum, DEus, persona, & actus divinus.*
      - *Practicum, observantia, fides, spes, Caritas, Agenda Conjugij, Ministerij, Magistratus.*
    - *Naturale*
      - *Generale, Philosophicum*
        - *Theoreticum,*
        - *Practicum.* Vid: p. 3.
      - *Speciale*
        - *Practicum, ut Juridicum.*
        - *Poëticum, ut Medicum.*
        - *Mechanicum Ingeniariū, ut Geometricū, Astronomic: Opticum, Musicum, Staticum, Architectonicum.*
  - *Instrumentale seu secundarium,*
    - *Generale, omnē cognoscendi modū judicare docens, & de omnibus artium præceptis censuram ferens, ut Pædia disciplinaris, s. habitus Censorius.*
    - *Speciale, quendam cognoscendi modum dirigens.*
      - *Necessarium*
        - *Grammaticum.*
        - *Lexicum.*
        - *Logicum.*
        - *Mnemonicum.*
      - *Voluptariū & exornatoriū*
        - *Rhetoricum.*
        - *Oratorium.*
        - *Poëticum.*

Cujus Objectum Cognoscibile in genere, ut sic.

Gnostologia *est habitus animi principalis, Cognoscibile ut sic in generali suo adæquatè, distinctè, & accuratè cognitionis ergò ad perfectionem hominis liberalem repræsentans.*

- *Objectum Cognoscibile in genere ut sic. Cujus*
  - *Principia*
    - *Interna:*
      - *Materialia, ut Entitas rerum primaria a. secundaria.*
      - *Formalia, Entitatis cognoscibilitas, ex lumine Naturæ aut Scripturæ deducta.*
    - *Externa*
      - *Finalia, Cognitio & DEI glorificatio.*
      - *Efficientia*
        - *Moventia ad cognoscendum, Res ipsa, Ignorantia, Naturale sciendi desiderium.*
        - *Cognitionem facientia, DEVS, Intellectus, Sensus, Experientia, Collectio, Inductio, Abstractio, & distincta repræsentatio.*
        - *Promoventia & Conservantia, ut disciplina propagās, & habitus animi radicans scibile.*
  - *Attributa essentialiter scibile denominantia,*
    - *Primaria, Eminentia & Prædicamentalitas.*
    - *Secundaria, Vnivocatio & Analogia.*
  - *Species & modi contractiores. Unde*
    - *Reale & principale*
      - *Spirituale, Supernaturale, & Theologicum.*
      - *Naturale*
        - *Liberale,*
          - *Primarium, Philosophicum, theoreticum & practicum.*
          - *Secundarium, Aphilosophicum, Juridicū, Medicum, & Mechanicum ingeniosum.*
        - *Illiberale, effectionis ergò cognitum*
          - *Prorsùs tale, Sutorium, Sartorium, pistorium.*
          - *Magis liberali accedens, Plasticum, Pictoriū, Sculptoriū.*
    - *Instrumentale, vel*
      - *Generale, Pædia disciplinaris.*
      - *Speciale*
        - *Necessariū,*
          - *Ratiocinandi, Logicum.*
          - *Sermocinandi, Lexicum & Grammaticum.*
          - *Servandi & promendi, Mnemonicum.*
        - *Voluptarium & exornatorium*
          - *Ornatè dicendi, Rhetoricum.*
          - *Persuadendi, Oratorium.*
          - *Ligatè dicendi, Poëticum.*

PHILO-

Cujus objectum scibile reale Naturale, Liberale, generale & primarium.

Philosophia *est habitus animi principalis aggregatus, scibile naturale liberale primarium ad contemplandum & agendum adæquatè, distinctè, & accuratè in perfectionem hominis Philosophicam repræsentans.*

Objectum ejus Cognoscibile intellectuale generale & primarium. Cujus

- *Principia*
  - *Interna,*
    - *Materialia, realitas naturalis liberalis abstrahibilis & cognoscibilis.*
    - *Formalia, cognoscibilitas naturalis primaria, lumine Naturæ adæquatè fundata & inquirenda.*
  - *Externa,*
    - *Finalia*
      - *Vltima, DEI gloria.*
      - *Propinqua, Civilis intellectus in theoria & praxi* (*Philosophicâ perfectio.*)
    - *Efficientia*
      - *Prima, DEus.*
      - *Secunda*
        - *Incitantia.*
        - *Facientia.*
        - *Promoventia & servantia.* Vid. p. 2.
- *Attributa*
  - *Absoluta, Vnitas, Perseitas, Ordinatio, Partium ejus subordinatio, analogia, dignitas, jucunditas, Efficacitas, Prædicamentalitas.*
  - *Respectiva, Vtilitas, Necessitas, ad Jurisprud. & Medicinam Superioritas, ad omnes disciplinas accidentalis subordinatio.*
- *Species & modi contractiores*
  - *Theoretica*
    - *Generalis, Noologia seu Intelligentia, & Metaphysica.*
    - *Specialis, Pnevmatica. Physica. Arithmetica. Geometria. Cosmographia. Astronomia. Astrologia. Chronologia. Geographia. Optica. Musica. Statica. Architectonica.*
  - *Practica*
    - *Idealis, Ethica, Politica, Oeconomica, Scholastica.*
    - *Exemplaris, Historica.*
  - *Accidentalis divisio. Vnde Vetus & Nova, Aristotelica, Stoica, Platonica, Pythagorica, Ramea, Lulliana, Hermetica, Græca, Latina. &c.*
- *Cura, s. modus docendi discēdi q; eam, In quo*
  - *Impedimentorum Remotio, ut Stupor, Servitus ingeniȳ, Vanitas, Confusio, Inaccuratio.*
  - *Requisitorum positio, ut* Φύσις, Μάθεσις, Ἄσκησις *in docente & discente, Auscultatio, Lectio, Selectio, & Cōtinuata exercitatio.*

NOOLO-

Cujus objectum primum cognoſcendi principium, ut ſic.

Intelligentia *eſt habitus animi principalis, primum & indemonſtrabile cognoſcendi principium ad contemplandum adæquatè, diſtinctè, & accuratè intellectui ſine diſcurſu ad perfectionem ejus theoreticam repræſentans.*

Objectum eſt primum principium. Cujus

- *Principia Cognoſcendi*
  - *Materialia, Rerum affinitas, proportionalitas creatorum cum Deo & inter ſe, inferioribus communicabilis.*
  - *Formalia, Affinitatis Cognoſcibilitas, Contemplatio DEI & Creaturæ.*
  - *Efficientia, Deus & homo ingenioſus.*
  - *Finalia, DEI gloria, & Intellectus humani perfectio.*
- *Attributa Tranſcendentalia.*
  - *Veritas, Vniverſalitas, & ad ideam ac generalem Conceptum aptitudo, Primitas, Præcognitio, Certitudo, Indemonſtrabilitas, & generalis apud omnes Confeſſio.*
- *Species & modi Contractiores. Vbi*
  - *Theoretica, Contemplationem dirigentia,*
    - *Primaria, ut duo Contradicentia nunquam ſimùl vera. Impoſſ: eſt idem eſſe & eodem modo non eſſe.*
    - *Secundaria, ut, Imp: eſt eſſe & cum aliis confuſum eſſe. Deus, Natura, & intellectus rectè ſe habens ab omni confuſione abhorrent.*
  - *Practica, praxin moralem dirigētia, ex*
    - *Generali boni cognitione,*
    - *Boni eſſentialis cum participato collatione,* — *hauſta.*
    - *Reliquiarū imag: divinæ expolitione, rectâ inſtitutione, veræ rationis directione,* — *hauſta.*
    - *Boni participati cum ſimili collatio,*
  - *Poëtica, modum procedendi per notiones ſecundas facilitantia. Vel*
    - *Vocum ratione ad*
      - *Rectè loquendum, prine. Grammatica.*
      - *Ornatè dicendum, Rhetorica & Poëtica.*
    - Conceptuum *ratione ad*
      - *Res cognoſcendas, Logica.*
      - *Retinendas & promendas, ut prin: Mnemonica.*

META-

Cujus Objectum Ens, ut sic.

Metaphysica *est sapientia, Ens ut ens solius cognitionis gratiâ adæquatè, distinctè, & accuratè ad perfectionem intellectus repræsentans.*

Objectum ejus Ens, ut Ens. Cujus

- *Principia cognoscendi*
  - *Materialia, Entitas rerum, quidditas, Essentia, Existentia.*
  - *Formalia, Entitatis & quidditatis distincta repræsentatio.*
  - *Efficientia*
    - *Remota, DEUS.*
    - *Propinqua, Homo ingeniosus, Abstractio, Inductio.*
  - *Finalia, DEI gloria, & intellectus Metaphysica perfectio.*
- *Attributa transcẽdentalia Realia*
  - *Unita,*
    - *Primaria,*
      - *Absoluta, Perfectio & Unitas.*
      - *Respectiva, Veritas & bonitas.*
    - *Secundaria, Duratio & Ubietas.*
  - *Disjuncta, Eaq; primaria*
    - *Immediata, Necess: & Contingens, Independens & Depẽdens, Increatũ & Creatum, Actus & Potestas, Principium & Principiatum, Causa & Causatum.*
    - *Mediata, Completum & Incompletum, Simplex & Compositum, Idem & diversum, Naturale & Artificiale, Infinitum & Finitum, Permanens & successivum, Circumscriptum & incircumscriptum, Commune & Singulare.*
  - *Et Secundaria*
    - *Absolutum & respectivum, Subjectum & adjunctum, Signum & signatum, Imago & imaginatum, Mensura & mensuratum.*
- *Nominalia quædam*
  - *Ens reale & rationis, Positivum & negativum, Actu & Potestate, Complexum & Incomplexum.*
- *Species Contractiores*
  - *Substantia*
    - *Infinita.*
    - *Finita.*
  - *Accidens reale substantiæ contradistinctum,*
    - *Primarium, Quantitas, Qualitas, Actio, Pasẜio, Relatio.*
    - *Secundarium, Quandoitas, Ubicatio, Situs, Habitus.*

Cujus Objectum Spiritus, ut sic.

Pnevmatica *est scientia, spiritum, quà talis est, solius cognitionis gratiâ adæquatè, distinctè, & accuratè ad perfectionem hominis intellectualem repræsentans.*

Objectum est Spiritus, ut sic. Cujus

- *Principia*
  - *Essendi in increato, ut DEO, nulla. In Creato essentia & existentia.*
  - *Cognoscendi, Rationes à priori & posteriori eum ostendentes. Vt Mundi perfectio, Determinata intellectualis operatio.*
- *Attributa,*
  - *Positiva, Simplicitas, Perennitas, Vbietas, Intellectus, Voluntas, Libertas.*
  - *Negativa, Inextensio, Indivisibilitas, Illocabilitas, Incommutabilitas, Immobilitas, Insensibilitas, Intemporalitas.*
- *Species,*
  - *Infinitus, DEVS, in quo*
    - *Existentia, ex Scripturâ & Naturâ probata.*
    - *Attributa*
      - *Positiva, Vnitas, Simplicitas, Actualitas, Singularitas, Veritas, Bonitas, Communicabilitas, Intellectus, Voluntas, Perfectio, Beatitudo, Omnipotentia, Justitia, Sanctitas, Gloriositas.*
      - *Negativa, Infinitas, Independentia, Immensitas, Vnde Æternitas & Vbiquetas, Immutabilitas, Immortalitas, Indivisibilitas, Incomprehensibilitas.*
  - *Finitus, cujus*
    - *Existentia.*
    - *Principia, Essentia, Efficiens, finis.*
    - *Attributa*
      - *Insita, Simplicitas, Immortalitas, Intellectus, Voluntas, memoria, finitas, dependentia, Mutabilitas, Impuritas, Patibilitas, Activitas.*
      - *Addita, Virtus intellectualis & moralis, & agẽdi perfectio.*
    - *Species,*
      - *Completus, Cujus*
        - *Existentia.*
        - *Principia.*
        - *Attributa, Intellect: Volũtas, Pluralitas, Diversitas, Ordo, Finitas, Vbietas, Motus, Activitas.*
      - *Incompletus, cujus*
        - *Existentia.*
        - *Principia.*
        - *Attributa, quæ antea, & separabilitas à Corpore, & ad idẽ naturalis appetibilitas.*
        - *Species*
          - *Beatus in Cœlo.*
          - *Miser in Inferno.*

Cujus Objectum Corpus Naturale, ut sic.

Physica *est scientia, Corpus Naturale quà tale, solius Cognitionis gratiã adæquatè, distinctè, & accuratè ad perfectionem hominis intellectualem repræsentans.*

- *Objectum est Corpus Naturale,*
  - *Absolutè, Distinctivè,*
    - *Principia*
      - *Constitutionis, Materia, forma, efficiens, finis.*
      - *Transmutationis, Privatio formæ cũ aptitudine recipiẽdi eam.* (*catò.*)
      - *Motionis & operationis, Natura & spiritꝰ Naturæ in Corporibꝰ radi-* (*catò.*)
    - *Affectiones naturales,*
      - *Primariæ & positivæ,*
        - *Materiales,*
          - *Immediatæ, Quãtitas, Cõtinuitas, Cõtiguitas.*
          - *Mediatæ, Localitas, Temporalitas.*
        - *Formales*
          - *Permanentes, Qualitas aperta & operta, Sympathia, Antipathia.*
          - *Transeuntes, Motus & quies.*
      - *Secundariæ & privativæ*: *Infinitatis* / *Vacuitatis* — *rejectio.*
    - *Species.*
      - *Simplex, Cœlum, Cujus principia, attributa, species.*
        - *Elementa, Quorum princip: Attributa, Species.*
      - *Mistum, Cujus*
        - *Principia*
          - *Systatica, Elementa.*
          - *Hypostatica, Sal, Sulphur, Mercurius.*
          - *Formalia, Mistio.*
        - *Affectiones*
          - *Temperamentum.*
          - *Qualitas*: *Visibilis, Color. Audibilis, Sonor. Tangibilis, Tangor. Gustabilis, Sapor. Olfactilis, Odor.*
        - *Species.*
          - *Imperfectum. Vt meteorũ,*
            - *Subsistens, Igneum, Aqueum, Terreũ, aëriũ.*
            - *Apparens*
              - *Informe, ut Nubiũ colores.* (*Chasma.*)
              - *Formatũ, Iris, Halo, Virgæ, Parelius,* (*Chasma.*)
          - *Perfectum*
            - *Minerale*
              - *Perfectius*
                - *Lapis*: *Nobilior, gemma. Ignobilior, Carpionis.*
                - *Et Metallum*: *Perfectius, aurũ & argẽtũ. Imperf: æs, stannũ,* (*ferrũ.*)
              - *Imperfectius, Gleba & succus metallaris.*
            - *Plantale*
              - *Imperfectius, tubera, fungi, musci.*
              - *Perfectius, herba, suffrutex, frutex, arbor.*
            - *Animale*
              - *Rationale, homo, mas, foemina, androgynus.*
              - *Bestiale, Perfectius, ut volatile, gressile, & Imperf: ut insectum & plantanimale.*
  - *Collectivè, Mundus, Cujus*
    - *Principia, interna & externa.*
    - *Affectiones, absolutæ & respectivæ.*
    - *Divisio in partes.*
  - *Collativè, Vnde Physiognomia,*
    - *Generalis, signa in genere.*
    - *Specialis, Cœli, Elemẽtor: Meteororũ, Mineraliũ, Metallorũ, plantarũ, animaliũ, & hominis quoad totũ & singulas partes.*

Cujus Objectum numerus, ut sic.

Arithmetica *est scientia Mathematica pura, Numerum, ut talis est, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ ad perfectionem hominis repræsentans.*

Objectum est Numerus, ut sic. Cujus

- *Principia*
  - *Materialia, Unitas.*
  - *Formalia, Unitatum aggregatio, Multitudo.*
  - *Efficientia, DEus, Natura, Intellectus.*
  - *Finalia, Dei gloria, Ordo, & distincta Numeratio.*
- *Affectiones,*
  - *Primariæ,*
    - *Computatio,*
      - *Simplex, Num: integri,*
        - *Numeratio, Numeris aut Calculis facta.*
        - *Algorithmus,*
          - *Simplex, Additio, Subtractio.*
          - *Conjunctus, Multiplicatio, Divisio, Absoluta & Relata.*
      - *Duplex, Numeri fracti, Cujus*
        - *Affectiones, Notatio, Valor, Reductio.*
        - *Species*
          - *Prima, Additio & Subtractio.*
          - *Secũda, Multiplicatio & Divisio.*
    - *Comparata*
      - *Ratio s. terminorum Comparatio.*
      - *Proportio,*
        - *Arithmetica.*
        - *Geometrica vel disjuncta,*
          - *Simplex, Directa, Reciproca.*
            - *Homogenei.*
            - *Heterogenei, integri & fracti simul.*
          - *Multiplex, Regula societatũ, dupli, alligationis, falsi.*
        - *Vel Continua*
          - *Simplex.*
          - *Multiplex.*
  - *Secundariæ, ut Signatio Numeri minor,* 1.2.3. *Et major,* I. II. IV. M.D.L.C. Α.Γ.Δ.
- *Species*
  - *Numerans, Numeratus, Par, Impar, Perfectus, Imperfectus, Abundans, Simplex, Compositus, Digitus, Articulus, Compositus.*
- *Ad Mathematica applicatio,*
  - *Scientifica, ut Geometrica, figuratorũ Numeratio & resolutio, Radicis quadratæ & Cubicæ extractio, Proportio.*
    - *Astronomica, Logistica, Numeratio & Computatio.*
    - *Geodætica, Mensurarum & ponderum.*
  - *Exoterica*
    - *Historica, de mensuris, ponderibus, & monetis gentium.*
    - *Symbiotica, horum in quotidiano usu resolutio.*
    - *Stratiotica, de tormentis & ponderibus bellicis.*

Cujus Objectum Qvantitas Continua seu magnitudo.

Geometria *est scientia Mathematica pura, magnitudinem ut sic, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ ad perfectionem hominis repræsentans.*

Objectum est magnitud. seu quantitas mensurabilis. Cujus

- *Principia*
  - *Materialia, punctum, signum magnitudinis individuum.*
  - *Formalia, punctorum Continuitas.*
- *Affectiones*
  - *Absoluta, Terminatio & sectio.*
  - *Comparata*
    - *Numeri Ratione, symmetria, & Ratio.*
    - *Quantitatis Ratione, Contactus, Sectio, Congruentia, & adscriptio vel inscriptiva, vel circumscriptiva.*
- *Species,*
  - *Linea*
    - *Absoluta,*
      - *Recta*
      - *Obliqua,*
        - *Perfecta, Ut Circulus.*
        - *Imperfecta, Ellipsis, Ovalis, helix, Spiralis, serpentina.*
    - *Comparata*
      - *Parallela,*
      - *Perpendicularis,*
        - *Recta,*
        - *Incidens,*
        - *Obliqua.*
  - *Lineatum*
    - *Angulus*
      - *homogeneus*
        - *Rectilineus*
          - *Deinceps, Vertivalis, Obliquus, Obtusus, & acutus.*
        - *Curvilineus*
          - *Amphicyrtus,*
          - *Ampicoilus,*
          - *Menoeides.*
      - *Heterogeneus.*
    - *Figura. Cujus*
      - *Principia*
        - *Determinantia, Centrum, Perimeter.*
        - *Mensurantia, Radius, Diameter, altitudo.*
      - *Affectiones*
        - *Absoluta, Ordinatio, Primatus, Ratio.*
        - *Respectivæ, Isoperimetria, Proportio, Similitudo, Loci repletio.*
      - *Species*
        - *Superficies*
          - *Plana, Rectilinea,*
            - *Triangulum,*
            - *Triangulatum,*
            - *Quod quadrangulum & multangulũ.*
          - *Curvilinea,*
            - *Simplex, circulus.*
            - *Mista, Ovalis, Spiralis.*
          - *Gibba*
            - *Sphærica, Varia, Conica, Cylindracea.*
        - *Corpus.*
          - *Planum, pyramis, pyramidatum, prisma, polyedrum mistum, Varium.*
          - *Gibbum,*
            - *Rotundum, Sphæra.*
            - *Varium, Conus, Cylindrus.*

GEODAESIAE Vel HYLOMETRIÆ, & rei materiatæ dimensivæ scientiæ delineatio, Cujus Objectum magnitudo materiata, Vt sic.

Geodæsia *est scientia Mathematica Concreta, magnitudinem rei materiata Vt sic, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ ad perfectionem hominis repræsentans.*

Objectum magnitudo materiata mensurabilis. Cujus

- *Principia, mensura materiales*
  - *Naturales, Digitus, Palmus, Pes, Cubitus, Passus, Orgya, Iugerum.*
  - *Artificiales.*
    - *Simplices, Pertica, Scala, Virga.*
    - *Composita, Astrolabium, Asser Geodæticus, Quadrans, quadratum, Baculus Iacobi, Annulus Astronomicus, Regula Proportionalis, Circulus Geometricus, Instrumentum Catholicum, Mechanicum, Mensa Prætoriana.*
- *Affectiones*
  - *Linea materiata, Rectitudo & Obliquitas.*
  - *Lineati, Ordinatio & Inordinatio.*
- *Species, Lineæ & Lineati mensuratio.*
  - *Longimetria, lineæ mensuratio,*
    - *In speciebus, lin. in altum perpendicularis, in planum extensa, in fundum depressæ.*
    - *In mediis, Vt Vmbra, Baculus, gladius, pileus, astrolabium, norma, Speculum.*
  - *Planimetria superficiei quadrata in latum, lineati*
    - *Rectilinei,*
      - *Trianguli*
        - *Aequilateri,*
        - *Inæquilateri*
          - *Rectãguli,*
          - *Aequicruri.*
      - *Triangulati*
        - *Quadranguli.*
        - *Multãguli*
          - *Regularis,*
          - *Irregularis,*
    - *Curvilinei*
      - *Inordinati*
        - *Plani, permeabilis,*
          - *Impermeabilis*
        - *Gibbi.*
      - *Ordinati,*
        - *Integri.*
        - *Segmenti, ellipsis, lenticularis, parabolæ. (lõgi*
  - *Stereometria s. Capacitatis & Corporis.*
    - *Plani*
      - *Pyramidis.*
      - *Pyramidati.*
        - *ParallelipediCubici vel ob*
        - *Polyedri misti, Octaëdri,*
        - *Icosiedri, Dodecaëdri.*
    - *Gibbi.*
      - *Sphærici.*
      - *Varii, Prismatis, Coni, Cylindri, Doliorũ, pyramidis, Ovati, Cõoidis, Et Corporũ irregulariũ*

Cujus Objectum Sphæra abstracta, ut sic.

Sphærographia *est scientia Mathematica Concreta, sphæram abstractam ut sic, adæquatè, distinctè, & accuratè ob solam contemplationem repræsentans.*

Objectum est Sphæra armillaris ut sic, & â Sphæra mundi; Cœli, Terræ, abstracta, Cujus

- *Principia*
  - *Materialia, puncta & lineæ.*
  - *Formalia, figuræ globositas, & hujus cognoscibilitas.*
  - *Adjuvantia Cognitionem, Ut Observationes sedulæ, Continuæ, accuratæ.*
- *Affectiones, Situs*
  - *Rectus,*
  - *Obliquus,*
  - *Verticalis & parallelus.*
- *Distantia partium â seinvicem, Circulorum sectio in gradus, minuta.*
- *Divisiones in Circulos, quorum*
  - *Partes, Axis, Poli,*
    - *Primarij,*
    - *Secundarij.*
  - *Gradus, minuta.*
  - *Species*
    - *Majores, Horizon, Meridianus, Aequator, Zodiacus, Coluri.*
    - *Minores, Tropici, & Arctici Circuli.*
- *Species, unde*
  - *Sphæra abstracta, Sphærographiæ Objectum.*
  - *Concreta in Corpore*
    - *Universali, Mundo, Objecto Cosmographiæ.*
    - *Particulari.*
      - *Cœlo, Obj. Astronom.*
      - *Terra, Obj. Geographi.*

COSMO-

Cujus Objectum Quantitas mundi universi, ut sic.

Cosmographia *est scientia Mathematica concreta, quantitatem & figuram globi mundani totius adæq. distinct. & accuratè solius contem. gratiâ repræsentans.*

Objectum est magnitudo globi mundani, Cujus

- Principia mensurandi
  - *Materialia, moles mundi in long. lat. crassum, extensa.*
  - *Formalia, Circuli, gradus, scrupula, Perimeter, Diameter, Radius, Observationes, Dimensiones.*
- *Affectiones mundi,*
  - *Absoluta, ut Quantitas determinata in se, sed â nobis ob infirmitatem non accuratè determinanda. Ingens tamen, & Spatiosissima.*
  - *Figura, quæ exactè Sphærica, argumento ex*
    - *perfectione Sphæricæ figuræ,*
    - *præcipuarum partium rotunditate,*
    - *Observationum Astronomicarum & revolutionum æqualitate.*
    - *Præcipuorum scriptor. authoritate.*
  - *Respectiva, situs,*
    - *Totius mundi in spatio commensurato.*
    - *Partium mundi, Vt cœlum supremò, Ignis & aër mediè, Aqua & terra infimè sita sint.*
- *Divisiones in partes, ut*
  - *Superiorem, Cœlum,*
  - *Inferiorem, Terram.*
  - *Anteriorem, Occidentem,*
  - *Posteriorem, Orientem.*
  - *Dextram, Septentrionem.*
  - *Sinistram, Austrum.*
  - *Plagas 4. Orient. Occident. Septentr. Meridiem.*
  - *Quadrantes 4. Ab ascendente ad medium cœli, medio ad Occidentem, ab hoc ad imum, & ab hoc ad ascend.*
  - *Longitudinem & latitudinem.*
  - *Spatia circulis comprehensa.*
  - *In quib.*
    - *Partes, axis, polus, Circumferentia.*
    - *Species.*
      - *Majores, Aequator, Zodiacus, Coluri, Meridianus, (Horizon,*
      - *Minores, Tropici & polares.*

ASTRONOMIÆ DELINEATIO,

Cujus Objectum Cœlum siderium, ut mobile est.

Astronomia *est scientia Mathematica concreta, cœlum siderium ut mobile, adæquatè, distinctè, & accuratè solius contempl. gratiâ repræsentans.*

Objectum est Cœlum siderium, ut mobile. In quo

- *Principia*
  - *Essendi in motu, Natura & vis indita, de qua in Physicis.*
  - *Cognoscendi*
    - *Primaria*
      - *Sphæra recta, obliqua, & parallela.*
      - *Orbes anastrales & astrales.*
      - *Circuli cœlestes, quorum*
        - *Partes, axis, poli, gradus, minuta.*
        - *Species, unde Circuli*
          - *Mobiles*
            - *Majores, qui vel*
              - *Principales, ut Aeq. & Zodiacus:*
              - *Minus princip. Coluri æquino. & solstitiorum.*
            - *Minores,*
              - *Medij, Tropici, Canc. & Capricorni.*
              - *Extremi, polares, arcticus & antar.*
          - *Immobiles*
            - *Meridiano*
              - *Universalis.*
              - *Particularis, qui primo & secundus.*
            - *Horizon*
              - *Recto, obliquo, parallelo.*
              - *Sẽsibilis, Rationalis, vel particul. & universal.*
    - *Secundaria, ut hypotheses variæ, de terræ rotunditate, in mundo medietate, immobilitate, quantitate quà circumferentiã & diametrum, Sphæra armillaris, globus, mappa cœlestis, Instrumenta observandi & metiendi motum cæli.*
- *Affectiones mobilitatis cœlestis*
  - *Continuitas & ininterruptio, evidentia, velocitas, constantia, ordinatio, æqualitas & inæqualitas, & divina inhibendi possibilitas.*
- *Species unde*
  - *Stellarum fixarum*
    - *primæ, 2. 3. 4. 5. 6. magnitudinis.*
      - *Saturninæ, Ioviales, Martiales*
      - *Solares &c.*
        - *In Zodiaco, ut 12. signa.*
        - *Extra Zodiacũ ad Austrum vel Boream.*
      - *Imaginosæ & non imaginosæ, Veteres & recentiores.*
  - *Erraticarũ, in quib.*
    - *Affectiones generales Progressio, Retrogradatio, †*

Sta-

- Statio, Velocitas, tarditas, mediocritas, auctio, minutio, ascensio, descensio, aspectus, motus in longum & latum.
- Speciales quibusdam, Parallaxis & Eclipsis.
- Principia Orbes
  - Simplices,
    - Concentrici.
    - Eccentrici.
      - Majores.
      - Minores.
  - Compositi.
    - Vniformes.
    - Difformes.
- Partes,
  - Puncta, Centra, Absides, mediæ longitudines, Loca Planetarum.
  - Lineæ, Axes, Apogæi, Perigæi, Linea medij motus, veri motus, Mediæ longitudinis.
  - Arcus s. æquatio
    - Prima, Secunda.
    - Totalis, Partialis.
    - Additiva, Ablativa.
- Species, Erratica
  - Majores,
    - Sol, Cujus
      - Quantitas, major terrâ 140. vicibus.
      - Orbis
        - Eccentricus.
        - Deferens apogæum & perigæum.
      - Motus
        - Primarius, Naturalis & diurnus.
        - Periodicus, Artificialis, annuus.
      - Situs, Inter Planetas medius, in occasu & ortu medius & declinans.
    - Luna, Cujus
      - Quantitas, terra minor 39. vel 40. Sole 6500. vicibus.
      - Orbis, deferens Centrum, Apogæum, Perigæum.
        - Delatus
          - Major, Corpus Lunæ tenens,
          - Minor, Cap. & Caudā draconis deferens.
      - Motus
        - Longitudinis, genuinus & ascititius.
        - Latitudinis, ad Austrum & Septentrionem.
      - Phasis
        - Conspicua
          - Plena,
          - Semiplena, mediata, gibbosa, Corniculata.
        - Non conspicua.
          - Communiter, Novilunium,
          - Singulariter, Eclipsis.
  - Minores
    - Superiores,
      - Collectivè, ubi affectiones, motus similes, Orbes ijdem, similis ad ☉ obsērvātia. (tꝰ propriꝰ, diurnꝰ, periodicꝰ.
      - Distributivè, Saturnꝰ, Iupiter, Mars, quorū quātitas, motꝰ proprius, diurnus, periodicus.
    - Inferiores
      - Communiter, motꝰ Communis, Inclinatio, Reflexio.
      - Singulariter, ♀ & ☿. Quorū quantitas & motus proprius longitudinis & latitudinis.

Cujus objectum tempus distinctum ex motu Cœli deductum.

Chronologia *est scientia Mathematica Concreta, tempus distinctum ex mensurâ motus Cœlestis cognitum adæquatè, distinctè, & accuratè ad contemplandum repræsentans.*

Objectum tempus distinctum ut sic. Cujus

- *Principia*
  - *Materialia, Cœli & rerum à Cœlo regulatarum motus.*
  - *Formalia, Numeratio secundùm motum Cœli, & distinctio.*
- *Affectiones,*
  - *Ordo, Rotundatio, Duplicatio.*
  - *Recapitulatio.*
- *Species,*
  - *Simplex & absolutum.*
    - *Astronomicum,*
      - *Primum, dies, cujus*
        - *Species, Solaris, Lunaris, Ille naturalis & artificialis, Hic æqualis & inæqualis.*
        - *Partes*
          - *Hora æqualis & inæqualis.*
          - *Horæ partes, quadrantes, minuta.*
      - *Secundum,*
        - *Usitatum*
          - *Lunare, mensis, periodicus, Synodicus, Illuminationis.*
          - *Solare, Mensis Solaris, æqualis & Inæqualis.*
          - *Annus, Tropicus & Siderius.*
        - *Inusitatum, annus stellarum fixarum, Planetarum secundariorum, ♄, ♃, ♂. ♀. ☿.*
    - *Politicum & civile,*
      - *Primum, hora & dies Civilis,*
        - *Ecclesiasticus, Festa Iudæorum, Christianorum, divina, humana.*
        - *Politicus, festa gentilium, Profesti, Nefasti, Intercisi.*
      - *Ortum,*
        - *Septimana.*
        - *Mensis lunaris, Solaris, mistus, Hebræorum, Græcorum, Rom: Aegyptiorum.*
        - *Annus, Simplex, Lunaris, Solaris, Communis, embolimus, Ex Solari & Lunari mistus,*

- a *Collatum cum altero.*
  - *Generaliter, Vnde Cycli, Indictiones, Lustra, Periodi, Polyeterides, Menses magni, Septimanæ magnæ, Dies magni, Epochæ Vniversales, Particulares, Sacræ, profanæ, Primariæ, Secundariæ.*
  - *Accidentia temporis Chronologici,*
    - *Intercalatio, Litera Dominicalis, Terminus Paschalis, Differentiæ, Accommodationes, Notationes temporum.*
  - *Specialiter, unde*
    - *Canon Chronologicus*
      - *Distinctus, unius epochæ in se.*
      - *Collatus, præcipuarum inter se.*
    - *Calendarium*
      - *Iudaicum,*
      - *Hipparcheum, Turcicum, Romanum vetus seu Iulianum, & novum seu Gregorianum.*
      - *In quibus Occasio, Introductio, Correctio seu mutatio, & receptio vel rejectio notanda.*

Cujus Objectum motus Cœlestis, ut influens & efficax in inferiora.

Astrologia *est scientia Mathematica concreta, motum Cœli, ut in inferiora influit, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ repræsentans.*

Objectum est motus Cœli influens & agens, Cujus

- *Principia*
  - *Materialia, Cœlum, Stellæ fixæ & erraticæ.*
  - *Formalia, Lumen, radius, positus, occulta & propria habitudo, forma, motus, Observatio Continuata.*
- *Affectiones,*
  - *Vniversalitas in omnia sublunaria, Varietas, Mutabilitas, Mirabilitas, Cognoscendi difficultas.*
- *Species Influxus*
  - *Ratione stellarum in sese.*
    - *Erraticarum, Ratione*
      - *Collectionis, Vt 4. qualitatibus, bonitate, malitia, Sexu, situ, tempore, Orbibus propriis.*
      - *Dignitatis*
        - *Essentialis, In domo, exaltatione, triplicitate, termino, throno, facie, decanatu, gaudio.*
        - *Accidentalis, in motu Orbis, positu ad ☉, Aspectu ad alios Planetas.*
      - *Debilitatis, dignitatibus Contrariæ.*
    - *Fixarū in*
      - *Colore, Solares, Joviales, Martiales.*
      - *Lumine, Lucidæ, Mediocres, Tenebrosæ.*
      - *Loco, Eclipticales, Septentrionales, Verticales, Planetis junctæ, Regiæ & Zodiaco proximæ.*
  - *In Collatione*
    - *Ad signa Zodiaci*
      - *Verna, Æstiva, Autumnalia, Hyemalia.*
      - *Cardinalia, Fixa, Communia.*
      - *Trigoni Ignei, Æry, Aquei, Terrei.*
      - *Masculina, Fœminina.*
      - *Imperantia, Obedientia.*
      - *Humana, Bruta, Reptilia.*
    - *Ad 12. domos Cœli*
      - *Cardinales, Intermedias, 4. Quadrantum, Ascendentes, Descendentes, Felices, Infelices.*

a b

- *Ad Domuũ repræsentationem.*
  - *Æqualem, Rationalem,*
  - *Campanaam,*
  - *Porphyrianam, Alcabitianam.*
- *In Prædictione ipsâ,*
  - *Catholicâ,*
    - *Idiomaticâ ad vires & naturam gentium.*
    - *Symptomaticâ*
      - *Generali, Meteorologicâ.*
      - *Speciali, Electivâ, Medicâ, Oeconomicâ.*
  - *Genethliacâ*
    - *Generali, Ex domibus Cœli.*
    - *Speciali, Temporis determinatione,*
      - *Directione,*
      - *Revolutione,*
      - *Profectione & transitu,*
      - *Correctione ex*
        - *Trutinâ Hermetis.*
        - *Temporis in Nato correctione.*
        - *Accidentibus & eventibus Nati.*

Astrologia naturâ sui & observationis veritate satis habet certitudinis & soliditatis, sed vitio hominum & abutentium plus habet vanitatis, curiositatis, impietatis, & imbecillitatis humanæ plus incertitudinis. Astra signant, inclinant, movent, non cogunt aut necessitant. Sed contra astra multum Ratio, Moderatio, pietas, DEus, possunt, & astrorum fata declinare possunt, Vt Ahasiæ, Hiskiæ, Absolonis, aliorumq; exempla docent.

Cujus Objectum qvantitas globi terreni mensurabilis, Vt sic.

Geographia *est scientia Mathematica Concreta, quantitatem globi terreni ut sic, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ repræsentans.*

Objectum quantitas globi terreni mensurabilis, Vt sic. Cujus

- Principia
  - *Communia, Mensura Geometricæ, Geodæticæ, Circuli Cœlestes.*
  - *Propria, Stadia, 125. passus, milliare, Italicum 1000. passus, Gallicum, 2000 Germanicum Commune 4000. Helveticum 5000.*
- Affectiones
  - *Absoluta,*
    - *Primæ, Situs, Figura.*
    - *Secundæ,*
      - *Magnitudo*
        - *Absoluta*
          - *Simplex, Diametralis, Perimetralis.*
          - *Composita, superficies & soliditas.*
        - *Comparata*
          - *Ad Cœlum, unde punctum.*
          - *Stellas fixas & erraticas.*
      - *Stabilitas & Immobilitas.*
  - *Respectivæ in*
    - *Partibus unde Cardines*
      - *Principales 4. Ortus, Occas. Sept. Meridies.*
      - *Secundarij, Intermedij, ut plagæ 28. juxta ventorum numerum.*
    - *Longitudine*
      - *Vniversali*
        - *Vetere, 180. grad.*
        - *Novâ, 340. grad.*
      - *Particulari, Loci à primo Meridiano.*
    - *Latitudine*
      - *Vniversali, Boreali, Australi, Vetere vel novâ.*
      - *Speciali per*
        - *Zonas temperatas, Intemperatas, Calidas, Frigidas.*
        - *Climata Vetera 7. & Nova 24. in utroq; hæmisphario borealia & Australia.*
    - *Habitatorib. terræ. Qui*
      - *Perioeci, Antoeci, Antipodes.*
      - *Ascij, Amphiscij, Heteroscij, Periscij.*
      - *Sub Æquatore, Ab Æquatore.*
    - *Repræsentatione in Sphærâ artificiali*
      - *Gibbâ, in quâ*
        - *Partes externæ & internæ,*
        - *Necessariæ & arbitrariæ.*
      - *Plana, Tabulis Geographicis,*
        - *Vniversalibus,*
        - *Particularibus.*

- *Species,*
  - *Aquæ, quæ*
    - *Prima, Mare*
      - *Ambiens, Oceanus.*
      - *Subiens, Mediterraneum, Sinus, Freta.*
      - *Affectiones habens, æstum & motum.*
    - *Orta*
      - *Lacus, Major, Caspius, & Minor in Germaniâ, Galliâ, Italia, Hispania, Asiâ, Africâ, Americâ.*
      - *Flumen Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ.*
      - *Fons, Calidus, frigidus, medius, dulcis, acidus.*
  - *Terræ,*
    - *Incognitæ, Septentrionalis & Australis.*
    - *Cognitæ, quæ*
      - *Continens, Insula, Peninsula, Isthmus, depressa, Campus, Mons, Collis, Promontorium.*
      - *Nova,*
        - *Subborealis, Spitzberg, Groenland, Island, Frisland, Scetland, nova Zembla.*
        - *Subaustralis, Psitacorum regio, Regnū Beach, Lucach. Maletur.*
        - *America*
          - *Septentrionalis, ubi 14.*
          - *Australis, ubi 15. regiones.*
      - *Vetus,*
        - *Europa, ubi 18. regna & insulæ quædam.*
        - *Africa, 7. regna & Insulæ.*
        - *Asia, 6. regna & Insulæ variæ.*

Geographiam nosse oportet ob terram patriam, Cùm qvia communis, tùm qvia utilis & præclara est. Patriam non novisse turpe est: Et præclara lustrare non velle incivile est. Superficies terræ detecta altior est mari: sed mare ob varias causas videtur exaltatius. Ac plus terræ, qvàm aqvæ in globo mundi infimi est ratione profunditatis: sed plus aqvæ ratione superficiei.

OPTICÆ

Cujus Objectum Visibile vel Linea Visibilis, Vt sic.

Optica *est scientia Mathematica Concreta, lineam & rem visibilem ut sic, adæquatè, distinctè, & accuratè contemplationis gratiâ repræsentans.*

Objectum linea Visibilis, Vt sic. Cujus

- *Principia*
  - *Interna*
    - *Materialia*
      - *In quibus, Animal & homo videns.*
      - *Circa quæ, Lineæ visibiles.*
    - *Formalia, Apprehensio & aspectus.*
  - *Externa*
    - *Efficientia, Anima sensitiva, Visus, Oculus, Nervus, Spiritus Opticus, medium, radius visivus, Pyramis, Conus, Radij in oculo dijudicatio.*
    - *Finalia*
      - *Externa, Animalis commoditas, Vsus hominis Theologicus, Physicus, Mathematicus, Politicus.*
      - *Interna, Iudiciosè videre & dijudicare.*
- *Affectiones, Rectitudo Lineæ Visibilis, Velocitas momentanea Visionis, Finitudo rei visibilis & visionis.*
- *Species*
  - *Rei Visibilis*
    - *Communis, Magnitudo, Figura, Numerus, Motus.*
    - *Propria, Lux, Color, Vmbra.*
    - *Abstracta, Lux, Color, figura, Motus.*
    - *Concreta, Lucidum, Coloratum, Figuratum.*
    - *Primaria*
      - *Lux in se, Prima & secunda.*
      - *In oppositis*
        - *Vmbrâ, Diurnâ, Nocturnâ, Claræ, obscurâ, Cylindraceâ, Conicâ, rectâ, versa, inversè tali.*
        - *Vmbra Magisterijs,*
          - *Internis, Catoptricis & Gnomonicis.*
          - *Externis, Geodæticis, Astronomicis, Geographicis, Architectonicis, Pictorijs.*
    - *Secundaria*
      - *Color extremus, & medius, mistus.*
      - *Verus & apparens.*
  - *Modi videndi,*
    - *Simplex & Compositus.*
    - *Verus & apparens, ex objecto aut vidente.*
    - *Absolutus & Cōparatus, qui*
      - *Reflexo*
        - *In aspero. (quod varium est.*
        - *Polito, ut Speculo naturali aut artificiali,*
      - *Refractus*
        - *Simplex.*
        - *Mistus, qui vel*
          - *Naturalis, Vt iride.*
